



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. IX. Ordo Clarissarum, seu monialium Sancti Francisi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

vt & Discalceati Carmelitæ, alijsque Ordines reformati: quòd ad deuios istos homines reducendos sæpè plus valeant exempla quàm verba.

CAPVT IX.

*Ordo Clarissarum, seu monialium Ord.
B. Francisci.*

CLARA, nobilis virgo Assisij nata in Umbria, S. Franciscum ciuem suum imitata, facultatibus suis in pauperem erogatis, quem admodum ille fratrum, sic ipsa sacrarum fororum collegium instituit: cum quibus in Ecclesia Sancti Damiani vixit admirabili sanctitate. Quæ, Saracenis Assisium obsessentibus, & monasterium, cui illa præerat, inuadere conantibus, ægra se ad portam efferri voluit, vnaque vas, in quo sanctissimum Eucharistiæ sacramentum erat inclusum: ibique orauit in hunc modum: *Ne tradas Domine bestijs animas consistentes tibi, & custodi famulas tuas, quas pretioso sanguine redemisti.* In cuius oratione ea vox audita est: *Ego vos semper custodiam.* Saraceni autem partim se fugamandarunt: partim qui murum ascenderant, capti oculis, præcipites ceciderunt. Ipsa virgo paulò post ieiunijs, orationibus, vigiliisque confecta, cum duos & quadraginta annos summa cum laude monasterium gubernasset,

nasset, multaque edidisset miracula, pridie I-
 dus Augusti, sacra Eucharistia sumpta, ani- Anno
 mam Deo reddidit, Innocentio quarto sum- 1253.
 mo Pontifice, qui ægrotantem virginem
 inuisit, ei que suppliciter petenti indulgenti-
 am peccatorum impertiuit. Quam postea A-
 lexander quartus inter sanctas virgines retu-
 lit, biennio post eius obitum, anno Pontifi-
 catus sui secundo. Quo tempore & ordinem
 Eremitarum Sancti Augustini confirma-
 uit.

De *Damianisticis & Urbanisticis* monialibus
 vide supra cap. 5.

CAPVT X.

*De sanctis ac beatis virginibus & vi-
 duis ordinis Sancti Fran-
 cisci.*

POST S. *Claram*, eminent S. *Elizabetha*,
 Andreæ Regis Hungariæ filia, & Ludouici
 Hassiæ Lantgrauij vidua.

S. *Michelina* vidua Pisauriensis.

B. *Coleta*, virgo, & aliæ, de quibus nos
 infra agemus, & alij passim agunt
 Franciscanarum rerum
 scriptores.

(. .)

P 5

De